multica, à tertia parte fine terra Adelberti qui Sabinianus vocatur. 4a. pars fine terra S. Angeli de Barregio. In valle quæ dicitur Sorana Ecclesia S. Stephani cum omnibus suis pertinentijs. Hæc omnia concedimus, et confirmamus in prefato Monasterio S. Vincentij ad poſsidendum in integrum absque alicujus contradictione vobis vestrisque succeſsoribus perpetuis temporibus, et quoniam his temporibus Roma à Longobardis obsidebatur, prefatum ven: virum Atonem, et prefatum Abbatem B. Benedicti qui post Petronacem succeſserat Stephanus Papa 2us pro neceſsarijs rebus sedis apostolicæ sibi familiariſsimos habebat. Quibus temporibus ab eodem summo Pontifice apostolicæ sedis hujusmodi Privilegium accepit. Idem Ven: Abbas Ato pro sui Monasterij munimine, vel sibi subjectis terris, cellis, et Castellis.

S. Angeli de Barrea

STEPHANUS Episcopus servus servorum Dei, Atoni Ven: Abbati Monasterij Christi Martyris Vincentij super fontem Vulturni fluminis constituti, partibus Samnij, territorio Beneventano, et per te in eodem Ven: Monasterio tuis succeſsoribus regulariter promovendis in perpetuum. Cum magna nobis

Diploma Stephani Papæ datum circa an. 752.